

**www.e-rara.ch**

**Iustini historici clarissimi in Trogi Pompeij historias libri  
quadragintaquatuor**

**Iustinus, Marcus Iunianus**

**Basileae, An. 1526**

**Universitätsbibliothek Basel**

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-1186>

Ioan. Sichardus nobilissimo viro d. Petro Richio a Richenstein, Canonico Basiliensi, s.

---

**www.e-rara.ch**

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

---

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

IOAN. SICHARDVS NOBILISSIMO

uiro D. Petro Richio à Richenſtein,

Canonico Baſilienſi, S.



Vum tu unus ſis omnium, quē plurimū,  
tū ob egregias animi tui dotes, admirer:  
tum ob literarū ſtudiū, cui te præter cæ-  
teros peculiariter dedidiſti, etiā amem:  
eiusq; rei apud te documentum aliquod ædere decre-  
uiſſem: nec quicquam ſanè, hoc præſertim tempore,  
occurreret, quo id quod in animū induxerā, me cōſe-  
qui poſſe confiderem: Commode in mentē uenit IV-  
STINVS, quem quum ſcirē, quo es erga omne ſcri-  
pti genus animo, à te plurimi fieri: eumq; uel uitio li-  
brariorū, uel cōmuni quadam temporū labe mendo-  
ſiſſimum uulgo haberi: hanc operā mihi ſumpſi, ut à  
mendis, quibus autor, alioqui minime pœnitēdus, ſer-  
me obſoleuerat, uindicarem. Is enim quum totius or-  
bis hiftoriam complexus eſſet compendio: nec Trogi  
quicquam hac noſtra ætate extaret, qui uel ſolus id  
nobis agentibus, uſui eſſe potuiſſet: Nec ueterum no-  
bis exemplarium ulla copia eſſet, non libuit tamen,  
quod in me erat, cōmittere, ut autor, ſi orationis filiū  
ſpectes, elegantiffimus: ſi rem ipſam, ueriffimus, diu-  
tius iaceret: Præſertim quem D. Aurelius Auguſti-  
nus tanti duxerit, ut ad uerbum non pauca in librum  
de ciuitate dei mutuatus ſit. At quātus uir, quām uere  
theologus. Quo magis pudet noſtri ſeculi, quo nihil  
quidā plus quām delicati ferre poſſunt, niſi quod, ne

scio quem spiritū oleat, semel Ciceroni, T. Liuiio, atq;  
 istius generis optimis quibusq; laqueū mādantes: ijs  
 factis maiorum tamen se gentium Theologos uideri  
 cupiunt. Quotumquēq; enim reperias eorum, etiam  
 qui aliquō in literis progressi, cœlū se digitis attinge-  
 re putent, qui ullū bonum autore alienū à Theologia  
 legi sustineāt? quorum factū est scelere, an inscitia di-  
 cam, nescio, ut tanquam signo dato per Germaniam,  
 cam inquit, quæ semper malo suo rebus nouis studuit,  
 literæ à quibusdam non minus indoctis, quàm audaci-  
 bus in tantam sint uocatæ inuidiam, ut apud uulgum  
 non paulō sit plausibilius à literis etatē omnino pro-  
 cul egisse, quàm in humaniores, ut uocant, incidisse:  
 quibus quicquid temporis impertimur, id putant sa-  
 cris, tanquam legitimis, detractum. Vnde fieri passim  
 uidemus, ut posthabitis ijs literis, quibus freti, in non-  
 nullā spem ueneramus, fore ut rectius omnia gereren-  
 tur. Eò recidant omnia, ut qui paulo ante ab exteris  
 barbariei & rusticitatis simus damnati, relictis ijs li-  
 teris quæ uel sole poterant infamiae nos eximere, Ad  
 ingenium redeamus. Quandoquidem rerū bene ad-  
 ministrandarum caput uolentes & uidentes adducti  
 circumforaneorum quorundā uociferatione patimur  
 dilabi. O singularem dementiam, & exitio futuram,  
 si eò se malum quò cœpit prouoluerit. Est profecto  
 cur Germaniæ uicē doleamus, quæ mensibus iam ali-  
 quot, bellis, tumultibus, latrocinijs, ita est accepta, ut

PETRV M RICHIV M EPISTOLA.

ne malo quidem admonita, id quod Phryges faciunt, sapere in animum inducat. Verum accidit nobis, quod & frequenter aliàs, ut optimarum quarunq; rerum semper prius oboriat<sup>r</sup> satietas, quàm sint aut propius cognita, aut prudentius inspecta. Neque enim quisquam erat, qui non iure quodam suo hanc felicitatem patrie gratularetur. Quod sero licet, aliis quando tamen feritatis oblita, ad eam studiorum partem accingeretur, à qua uelut à filo penderet ciuili<sup>um</sup>, domesticarum rerum, ratio: adeò, ut quo quisque ijs sit instructor, hoc fere sit ad obeunda negocia accommodatior. Vt uero alios omittam. Quis non uidet, M. Tullium uirum in eloquentia tantum, quantapote<sup>st</sup> uel Rhomani imperij magnitudo animo concipi, Rempub. ex solis literis bene gessisse? usque eò, ut armis, ad quæ nònulli ut quidq; sub manu natũ fuerit, decurrere solẽt, salute dicta, laurẽ LINGVAE concedere cõtenderit? Sed hic quid dicam de quorundam consilio? (mitissime enim dicendũ id mihi est) qui ut literas in magnis rebus habeant, non tamen adducuntur, ut ex Ethnicorum (hæc est enim eorũ oratio) fontibus hauriendã permittãt. Ex Terentio inquit, amores iuuenilis illa ætas imbibit, prius quàm per ætatem scire conueniat, quid sit amare. At non uident interim hoc nomine maximã sacrarum literarũ partem abolendam. Nam erit alicubi ubi non modò amores uerbis ad id elaborate confictis, tractabuntur, sed

fraudes, paricidia, atq; id genus innumera: quæ prudens relinquo, quibus procliuius sit etiam eos infici, qui belle iam sibi constare uideantur, nedum pueros, nisi accedat cōmoda interpretatio, quæ id leniat, aliō transferat, eam hic in uirtutibus numeras. In Terentio uero adeò nihil loci relinquis, ut protinus tanquã aconitum calcandum putes, quod domi foris breuiter nusquam nō agitur. Id enim est comœdia. In Cicero ne quid contemnant non uideo, nisi hoc malè urit fortassis homines, ex deorū concilio nuper ad nos dimissos, quod & hic quædam uident apposite, suoq; loco dici non minus, quàm si à sanctulo quopiam proficiantur. Imò hoc in uniuersum de Cicerone, pronunciare ausim, esse quæ non minus ad uitam sanctè instituendam faciant, quàm ea quæ tantis iam supercilijs docetur, ut si uel imprudēs secus hiscas, uapules transfuga, desertor partiū, munerisq; tui. Quod si in hunc modū perrumpendū uidetur, nescio an non multis sit partibus satius, ueterē Sophisticā iam loco motā reuocare, in qua liberum erat in controuersiā uocare ea quæ eiusmodi erant, ut dubitationem afferrent: aut libero fastidio, si ita res postularet, respuere: aut acute dicta, si nihil aliud certe, admirari: deum si iuuaret, ridere, idq; impune. Quod si hodie facias, capitale sit futurū, adeò sunt uinctæ hominū nō modò linguæ, sed & (quod omnium minime oportuit) iudicia. Quamobrem ornatissime uir, quia deo (quid enim aliud dicā?)

irato

PETRV M RICHIV M EPISTOLA.

irato, in hanc temporum hominum que sinisteritatem  
incidimus, quum

Pellitur e medio sapietia, ui geritur res.

nostrum erit quaedam deuorare, & mussitare, atq; calamitatum istarū, quæ quoquò te uerteris impendēt, solatium ex literis petere. Quod fiet maxime, si in historijs uersere. Præstant enim tum ne perpetuo pueri simus, tum & ne uitæ nos poenitere nostræ possit, quū & iam olim accidisse, quæ nobis nunc usuueniunt, uides. Nec aliud fuit consilium cur Sext. Aurelium Victorē adiungerem, quàm quod ea pars mihi plusculum uisa esset ad cōmunem uitā pertinere, cui ita nos adcommodemus, tanquam inde prudentiæ summa petenda sit. Vale nobilissime Richi, & hoc quicquid est industriæ, quo studium tibi meum probare uolui, fac etiam atq; etiam tibi sit cōmendatū. Basileæ, ex ædibus nostris, Nonis Ianuarijs, An. M. D. XXVI.

TRIVIALI LINGVÆ EPITOLA

Prologus

De nomine

De nomine

De nomine

De nomine

De nomine

De nomine

De nomine

De nomine

De nomine

De nomine

De nomine

De nomine

De nomine

De nomine

De nomine

De nomine

De nomine

De nomine

De nomine

De nomine

De nomine

De nomine

De nomine

De nomine

De nomine

De nomine

De nomine

De nomine

De nomine

De nomine

De nomine

De nomine

IVSTINI